

45.

FASCES
CHEMNICENSIVM CONSVLARES
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, PRV-
DENTISSIMO, SPECTATISSIMOQUE
DOMINO
ZACHARIAE
PLATNERO,
PATRONO ATQVE COGNATO OMNI
HONORIS CVLTV PROSEQVENDO
GRATVLATVR
DEPINCTISSIMVS CLIENS
CHRISTIANVS HENRICVS KOETTNITZ.

HALEÆ, Typis CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, Acad. Typogr.





Vcunda est natalis soli recordatio, miraque laetitia permulcentur bonorum civium animi, si patriae status est florēns & ex omni parte beatus. Ego certe vel CHEMNICENSEM caussa nunc laetor, talem divino munere illis obti-
gisse Consulem, cuius maxima rerum gerendarum capacitas optima quaeque illis promittit. Vniverfa PLATNERVM familia apud Chemnicenses est perce-
lebris, meritisque in patriam cum omnibus aliis certare valet, & Tv in primis, VIR AMPLISSIME, civium animos adeo Tibi devinxisti, ut certo augurari pos-
sim, omnium obsequia vel ad nutum Tuum fore promississima. De Tuo in civitatem animo omnes se-
curi esse possunt, dum compluribus iam specimini-
bus per illud tempus, quo amplissimo senatorio ordi-
ni adscriptus es, comprobasti, Te patriam nostram
vel propria vita habere cariorem. Sciunt singuli,
Te omni semper conatu enixum esse, ut civitatem non modo salvam atque incoluem, sed etiam lon-
ge florentissimam videoas. Plurimas virtutes consulari
Viro in primis dignas in Te, Maecenas, praedicare pos-
sem



sem, nisi offendere Tuam modestiam, quippe
quam tantam esse scio, ut etiam veras laudes Tu-
as invitisimis excipias auribus. Praeterire tamen
non possum arduum religionis studium, quod ani-
mo Tuo firmis innixum est radicibus, sine quo nul-
la Res publica potest subsistere. Tollas religionem,
summas habebis confusiones: Pietas contra certis-
simum Reipublicae est palladium, id quod fusius
demonstravit Celeberrimus *Benoist dans ses Remarques*
Critiques, Historiques, Philosophiques, Théologiques sur les deux
dissertations de Mr. Toland &c. Certissimum in Te pree-
sidium habent omnes afflitti, quorum paupertati
succurrere nullo tempore intermisisti. Ipalae Mu-
lae de Tua evectione ad hoc Consularis munera fa-
stigium exultant, dum omni tempore Te maximum
politioris eruditionis Maeccenatem praebuisti, probe
conscius nihil tam ornare civitatem, quam elegantiorum
litterarum culturam. Laetantur igitur singu-
li cives, Te nunc in tanto honoris theatro esse con-
stitutum, unde virtutum Tuarum summarum splen-
dor magis magisque elucebit: Laetantur ad Te
communis salutis curam devolutam esse, & certi
sunt Tua sapientia prudentiaque longinquu rerum
usu confirmata omnia in civitate pacata fore atque
tranquilla. Ego cliens devinatissimus non mino-
rem laetandi causam habeo, cum Tuam felicitatem
tanti habeam ac propriam, alboque proinde illum
diem notavi lapillo, quo nuncius de consulari digni-
tate Tibi delata ad me perferebatur. Officii pie-
tatisque in tantum Patronum ratio exigit, ut inter
gratulantium nomina & meum profitear: Sed ut
gratu-

verum dicam, VIR AMPLISSIME, non tam Tibi
gratulor de hac dignitate, quam ipsi civitati Chem-
nicensi, patriae meae dulcissimae, ob commoda,
quaes in illam ex Tuo Consulatu non possunt non
redundare. Singularem sanctissimi Senatorum
Chemnicensium ordinis sapientiam semper suscep-
& admiratus sum, cuius vero nunc novum atque
insigne documentum edidit, dum suis suffragiis ci-
vibus hunc dedit consulem, quem una voce omnes
efflagitabant. Summum, quod omnia moderatur,
numen per multos annos servet civitati, Musis, af-
flictis, & devictissimis clientibus, tam sapientem
Consulem, tantum Maecenatem tantumque Patronum:
Sero Te in caelum recipiat, ut diu Chemni-
censium rebus cum summa prosperitate, quam Ti-
bi ex animo appreco, praefesse possis. Vale sapi-
entissime Consul, Maecenas colende, cum splendi-
dissima Tua familia, & ferva mihi pristinum
favorem, pristinumque Tuum patro-
cinium.



2°

Gb 956,



Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

VOMA

45.

FASCES CENSIVM CONSVLARES

SSIMO, AMPLISSIMO, PRV-
IMO, SPECTATISSIMOQVE

DOMINO
HARIAE
ATNERO,

TQVE COGNATO OMNI
CVLTV PROSEQVENDO

GRATVLATVR

DEFINCTISSIMVS CLIENS

HENRICVS, KOETTNITZ.

CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, Acad. Typogr.

